Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ſubigendas comoditatem· potentes quondā romani beniuolam et ſibi
amicam reddidere· Putatqꝫ ſi hoc potitus fuerit· finitimis ſubactis di=
tionibus fines ſuos per egeū ioniūqꝫ facile pelagus platurū· Reſiſten
tibus itaqꝫ quibuſdam p̄claris baſſis in ſiniſtrū p̄ſagientibus· claſſis
inſtauratur· exercituſqꝫ cōparatur · Decretūqꝫ eſt vt milites terreſtres
iter faciant· traiectoqꝫ helleſponto per aſiam in Liciā q̄ue rodioꝝ inſu=
le adiacet pergant· et per fretū licium a phiſco antiqua cōtinentis ciui
tate duo de viginti milibus paſſuū diſtante rodiū nauigent· reliquus
vero machinarū et belli ingenioꝝ apparatus cū parte copiarū claſſe de
uehitur· Baſſa paliologus expeditionis p̄fectus claſſem conſcendens
anthoniū perquiri iubet· quem paulo ante morte turpiter obiſſe cōperit
Accerſito igitur Demetrio ſatellitem adhibet· Tūc paſſim rumor exijt
claſſem et copioſum exercitū in rodios parari· Türcus vt hec res late=
ret· aditus· portus· paſſus cuſtodit· prohibetqꝫ ne quis nūcium deferat·
Sed nō valuit eius aſtucia magiſtri ſolerciam prohibere· qui aſſidue
literis et nūcijs ex turchia apparatū intelligit· nōnulli quoqꝫ ex nun=
cijs in dolo verſati ſunt· Nam cū exercitus in licia degeret claſſem ope
rientes affirmauerūt vita exceſſiſſe thurcū et ex alijs cauſis exercitum
illic adeſſe· Dum hic rerū ſtatus eſſet· ſumma cura princeps noſter ho=
ſtium dolos acute proſpiciens cuncta diſponit· et de p̄ſidijs Langonis
caſtelli ſancti Petri feracli· lindi· moneleti ordinat que loca defenſori=
bus comeatibꝰ machinis et ceteris bellis aptis mūniūtur· Omis plebs
cū ſupellectili rodum et opida intrat· ordei qd̄ maturū fuit colligitur
q̄ꝫtocius frumentū crudū(nondū enim meſſis aderat) qd̄ vrbem circū
dabat· ꝓūt cuilibet facultas fuit· populus eradicat· colligit· et in do=
mos portat· Dū hec magno cum tumultu agerentur· vigil in ſpecula
montis qui in occidentē vergit ſacello ſancti ſtephani ſacri nūciat claſ
ſem apparere· extenſiſqꝫ velis nauigare· Magna quippe populi frequē
tia ad hoc ſpectandū cōcurrit· tota ciuitate trepidatur· populiqꝫ clamo
re cūcta reſonāt· claſſis phiſcū nauigare properat vt milites qui terre=
ſtre iter fecerāt cōſcendant· et rodioꝝ freto tranſito repente velis cōuer
ſis ad noſtra declinat litora· Apulit itaqꝫ ea claſſis veloꝝ centū·
Decimo kalendas junij Anno incarnationis verbi diuini Milleſi=
moquadringētesimooctuageſimo· militeqꝫ primū in terrā expoſito in
vertice montis ſancti Stephani et circa eius montis colles caſtrame=
tati ſunt· machinas quoqꝫ et bellica ingenia in litus exonerāt eo in lo=
co quē ab ipō monte defluens aq̄ua abluit qui a rodijs obice collis ſpe
ctari nō poteſt· Hijs pactis pars ad deuehendū terreſtrem exercitum
phiſcū nauigat· In claſſis aduentu quidā thurci equeſtres pedeſtreſqꝫ
verſus vrbis menia audacia quadā freti irruunt· eruptione autē a no=
ſtris facta hoſtes fugātur· fundūtur· quidā quoqꝫ ex eis trucidantur·
Poſtea dū noſtri cōmeſſarētur altera eruptione facta turci propelluntᷣ
cadūtqꝫ nōnulli· ex noſtris vero miles vnus perijt· q̄ incautus manū